



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Beneficium Dei triplex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

*Audire debemus tria.*

**P**rimo. Diuinam legem, quem  
admodum docet nos Regius  
cantor inquiens. Attendite  
popule meus legem meam &c. Et  
in Prouerbijs dicitur. Qui decli-  
nat aurem suam ne audiat legē, ora-  
tio eius erit execrabilis. Secundo  
prælatorum iussionem. Vnde Pau-  
lus dicebat. Obedite præpositis  
uestris, & subiaccete eis. Et etiam  
seruator noster ait. Qui uos audit,  
me audit &c. Tertio pauperum cla-  
morem. Vnde Tobias instruens fi-  
lium suum dicebat. Ne auertas o-  
culos tuos ab ullo paupere. Et in pro-  
uerbijs. Qui obturat aurem suam  
ad clamorem pauperum, & ipse cla-  
mabit & non exaudietur.

*Beneficium Dei triplex.*

**P**rimum est expectationis qua  
Deus peccatores patienter ex-  
pectat. Vnde Esaias dicebat.  
Expectat nos Deus, ut misereatur  
nostri. Et D. quoq; Augustinus in-  
quit. Erubescat humana pigritia,

plus vult ille misereri, quam nos  
 à miseria liberari. Propter hoc  
 etiam D. Bernardus dicebat. Ego  
 peccabam, & tu dissimulabas; non  
 continebam à sceleribus, & tu à uer-  
 beribus abstinebas, prológabà ego  
 multo tempore iniquitatem meam,  
 & tu domine pietatem tuam. Circa  
 hoc beneficium debet homo cogi-  
 tare quotiens meruerit ut tempus  
 penitentix sibi auferetur. Quo-  
 tiens enim mortaliter peccauit, hoc  
 meruit, & ideo debet cogitare quã  
 proximus gratiæ, & misericordiæ  
 amissioni fuit; tanto enim miseri-  
 cordia gratior est, quãto pœna pro-  
 ximior, à qua tamen sibi postea par-  
 citur, ut si aliquis suspendendus  
 iam laqueum in collo haberet, ma-  
 iorem gratiam, & misericordiam  
 sibi fieri reputaret, si tunc liberare-  
 tur, quã alio modo. Idcirco de-  
 bet homo diligenter perpendere  
 quousque persisteret dum in statu  
 damnationis erat, in illoque dece-  
 deret. Secundo debet cogitare  
 quid promeruit apud deum, ubi  
 tunc ei pepercit. Hoc enim Pro-  
 pheta Hieremias exposuit inquiens.  
 Misericordiæ domini multæ, quia  
 non sumus consumpti, quia non de-  
 fecerunt miserationes eius. Se-

Bern.

Tren. 3.

## CHRISTIANA

eundum est Iustificationis, cum  
quando diu expectatos conuertit in  
fundendo gratiam suam. Vnde Ec-  
clesiasticus dicebat. Quam magna  
est misericordia domini, & propi-  
tatio eius conuertentibus ad se. à  
quam prona est misericordia de cò-  
uertentibus ad se, ut peccata dimit-  
tat. Vnde Augustinus dicit. Sic  
enim festinat absolvere reum dei  
misericordia, à tormento conscien-  
tię suę, qui plus cruciet ipsum com-  
passio miseri, quam ipsum miserum  
compassio sui. Circa hoc benefi-  
cium quatuor sunt attendenda. Pri-  
mo debet homo considerare, quos  
& quanta Deus ei dimisit, cum pro  
quolibet peccato mortali reus sit  
mortis eternę, & tamen Deus di-  
mitrit. Siquis reus esset mortis tem-  
poralis que momentanea est, pro  
dimissione illius paratus esset ei ser-  
uire tota uita sua, quid igitur age-  
dum esset pro dimissione mortis  
eternę. Idcirco dicebat Psalmog-  
plus. Quid retribuam domino pro  
omnibus quę retribuit mihi? Et Pa-  
ter Augustinus inquit. Quid tibi  
retribuere possumus Deus noster  
pro tantis beneficijs misericordię  
tuę? quas laudes, quas ue gratiarum  
actiones, Si certè omnia membra

Ecc. 17

Auguf.

Psa. 125

Auguf.

nostra uertentur in linguas ad re-  
 pendendas tibi debitas laudes, ne-  
 quaquam sufficeret exiguitas no-  
 stra. Secundo debet cogitare ad  
 quantam dignitatem eum elegit,  
 quādo eum uiuificauit; elegit enim  
 illum in filium & heredem. Vnde  
 Sanctus Augustinus dicebat. O mi-  
 ra semperque miranda diuinę pro-  
 pitiationis benignitas, serui digni  
 non fuimus, & ecce filij Dei sumus,  
 heredes quidem Dei, coheredes  
 autem Christi. Vnde hoc nobis, &  
 quid nobis ad hoc? Tertio debet ho-  
 mo cogitare quot Dominus reli-  
 quit, quibus tale beneficium non  
 pręstitit, sed in peccatis suis eos  
 perire permisit. Quot nanque ge-  
 nerationes ab initio usque ad hanc  
 diem transierunt, quę omnes abs-  
 que dei cognitione in interitum  
 sempiternum delapsę sunt? omni-  
 bus illis Redemptor noster nos pre-  
 tulit, quādo nobis gratiam hanc  
 largitus est, quam nullus horum  
 percipere meruit. Et quid dices?  
 quare putas pręlatus es illis homi-  
 nibus? Nunquid tu fortior? nun-  
 quid sapientior? nunquid nobilior  
 illis omnibus fuisti? & tamen om-  
 nes relictı, & abiecti perierunt, tu  
 prę illis omnibus assumptus es; &

Augus.

## CHRISTIANA

quare in te hoc factum sit; nulla præter gratuitam Saluatoris tui charitatem, causam inuenire poteris. Quarto debet cogitare de quantis periculis & angustiis Deus eum liberauit, in quæ cadere potuisset.

**Augus.** Vnde Augustinus. Hæc cogitando dicebat. De multis nanque periculis liberauit me liberator meus, de quibus dulce erit mihi semper loqui, semper cogitare, semper gratias agere. Tertium est conseruationis, quando conuersos in bono statu conseruat. Vnde Dauid dicebat. Conserua me domine quoniam speraui in te, &c.

### *Benignitas Dei in quatuor cognoscitur.*

**Mat. 5.** **P**rimo, quia omnibus dat qui uolunt accipere. Vnde legimus apud Mattheum. Qui solem suum oriri facit super bonos, & super malos. Et in actibus Apostolicis dicitur. Dat omnibus uitam, & inspirationem. Ideo dicebat D. Chrysostomus. Verè misericors Deus est, qui inimicorū miseretur. Secundo, quia rogat alios petere, sicut dicebat Seruator no-